

David

regum secundum. Venit autem in Ebron septem filios ex septem viroribus. In Hierusalem vero ex Bersabea quattuor: de quorum numero Salomon unus fuit: sed et alios novem (exceptis concubinarii filiis) genuit. Hic in omni regno suo censu habito inuenit mille milia et centum milia virorum eduentium gladium. et de tribu Iuda tantum quadringenta: et septuaginta milia bellatorum. Hisplicuit autem deo: quod populum recensuisset. Et percussit Israel pestilentie plaga: ex qua ceciderunt de Israhel septuaginta milia. Tandem cum ad edificationem templi domini omnem preparasset impensam: ac Salomonis filio dedit descriptionem: qui rex constitutus fuerat: quarto kalendas Ianuarias cum annis quadraginta regnasset plenus dierum honorumque operum apud arcem Sion obdormiuit in domino: ibique cum innumerabilibus divitiis sepultus fuit: ex quibus postmodum Hyrcanus p[ri]micerius Anthonio Hemetrij filio tria milia dedit. Hesta autem eius prima et nouissima scripta in libro Paralipomenon primo et in secundo Regum libro.

Abias sumum hebreorum pontificem ultimum ex linea Ithamar his temporibus apud David regem maximo in precio fuisse constat: quem tunc Salomon eius in regno successor a pontificatu amouit: ut habeat. 3. R. 2.

Nathan et Gad et Aspha preclarissimi prophete his temporibus floruerunt: et David regnum insigne reddiderunt: quorum primus erat ex fratre nepos David: quem Iisai sibi in filium adoptauerat: Is enim non prophetie modo: sed et accurati elegansque ingenij orator fuit: propter quem David Salomonem filium sibi tradidit educandum. Quem statim suscepit amabilem nominauit: ut patet. 2. R. 12. Ipseque eius gesta prima et nouissima elegantissimo conscripsit: ut habetur secundo Paralipomenon. c. 9.

Atheniensium magistratus hic incipit.

Abedon Codri Atheniensium regis filius: septimo David regni anno patre in Peloponensium bello interfecto apud Athenenses non imperij: sed magistratus suscepit insignia: Quibus ad mortem usque per annos viginti presuit. Hic per fratres suos nonnullas apud minorē Asiam condidit urbēs: de quibus etiam mox dicemus.

Lupates Hercylli regis filius Assyriorum trigesimus rex: tertio decimo regni David anno Assyrius regnare cepit: et regnauit annis. 38.

Agis Euristei regis primogenitus: secundus lacedemoniorum rex: decimo octavo regni David anno regnare cepit: et regnauit anno uno: post quem Archestratus tertius regnauit annis. 35. Quidcum Atheniensibus cruentissima bella gessit.

Agastus secundus Atheniensium princeps. Abedone mortuo magistratum anno. 27. regni David suscipiens: presuit annis. 35.

Myrina grecie ciuitas: ut Eusebio placet: his temporibus in Eolia insula a Codri filiis condita fuit: de qua etiam meminit Homerus in secundo Iliados li.

Ephesus etiam urbs in Ionia minoris Asie provincia: quam Turchiam nunc dicimus. 32. regni David anno: ut Eusebius habet: ab Androdo Codri Atheniensis regis filio condita fuit: ubi et Ionium regiam constituit: cuius posteri usque ad Romanorum tempora reges dicebantur: in qua et naualia multa erant: nec non et per pulcher portus: cuius certe oportunitate multum crevit. Verum ut fama est nunc pauci sunt eius incole: cum pene diruta sit. Aliunt enim Ephesi olim senatum fuisse: per quem omnia (sicut nunc Venetiis) administrabantur. Præterea illud celebre Diana templum ab Archiphrone mira arte confectum urbem Ephesum decorabat: quod postea Herostratus vir iniquissimus: quo sibi famam acquereret: incendit: unde quo loco suo dicetus. In hac urbe Joannes apostolus ecclesiā a Paulo fundatā erexit: ubi et Brusianā eius discipulā a morte suscitauit. Ex hac urbe cōplures multi noīs exire viri: e quibus Heraclitus et Ermiodorus philosophi Hyponax poeta: Parasins pictor. Thedotius: qui Bibliam interpretatus est: et nouissimis temporibus in ea extitit Marcus eiusdem urbis episcopus vehementissimus disputator: qui in florentino consilio anno salutis

1053 4151

1052 4157

1057 4142

1058 4151

1058 4151